Fragmentarium

3835

Passio domini nostri ihesu xpi secundum quatuor ewangelistas Matheus

In illo t. d. i. d. s. Scitis quia post bi-
duum pascha fiet et filius hominis tradetur
et crucifigatur. Tunc congregati sunt princi-
pes et seniores populi in atrium principis sa-
cerdotum qui dicebatur Cayphas et consilium
fecerunt ut ihesum dolo tenerent et occiderent.
Dicebant autem Non in die festo ne for-
te tumultus fieret in populo. Cum autem ihesus
esset in bethania in domo symonis leprosi
Accessit ad eum mulier habens alabastrum
vnguenti preciosi et effudit super caput
ipsius recumbentis. Videntes autem disci-
puli indignati sunt dicentes Ut quid
perdicio hec Potuit enim illud venunda-
ri et dari pauperibus. Sciens autem
ihesus ait illis Quid molesti estis huic
mulieri opus bonum operata est in me
Nam semper pauperes habetis vobiscum

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3835, Cod3835_1r – Antiphonarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vwjz/2626/30299)